

LXXI	De uulæ strangulatu	146
LXXII	De uulæ proidentia	ibidem
LXXIII	De muliebrium locorū clausura, quam phimon appellant	147
LXXIII	Vt sterilis mulier concipiat	ibidem
LXXV	De uulæ scissuris, condylomatis, & hæmorhoidibus	149
LXXVI	De partu difficili	ibidem
LXXVII	De coxarum morbis	150
LXXVIII	De podagra, & articulariis morbis	151
LXXIX	Ad permones, qui tum pedum plantas, tum calces infestant	158
LXXX	Ad clauos callosq;	159
LXXXI	Ad unguium uitia, & primū de reduuis	ib.

ANNOTATIONES IN LIB. IIII.

Folio. 16 r. 23

Elephantiam nunquam curari.) Elephantia & elephantias teste Plinio utroque modo dicitur, ut libro uigesimo, capite decimo: Eadem in aceto cocta, cōtra elephantiam proficit. Et libro uigesimo sexto cap. 1. diximus elephantiasim ante Pompei Magni ætatem non accidisse in Italia, & ipsam a facie sæpius incipientem: ubi hoc malū elegantissime describit Plinius. dicta autem est elephantiasis ab elephantorum cutis similitudine. Hinc elephantici uulgo leprosi. Græcis hoc uitii ελεφασ, ελεφαστία & ελεφαστιασις, uocatur.

b.linea 6

Non fisso sed recens multo lacte.) Inuenio apud probatos auctores, utpote Largum, Celsum Plinium, alumen fissum, scissum & scissile: ira & lac, quum eadem dictio Græca sit, 9x150 v.

b.linea 9

Acremento autem uomitus.) Græce est, στυμφορία, quasi dicas acrium esus. Veium intelligitur apud Græcos scripto res uomitio acrium ciborum esu concitata. Plinius lib. 20. cap. 7. acrementum aceti dixit: Palladius acedinem ceporum: cæteri acrimoniam.

AN NOTATIONES.

b. linea. 12

Malo uictis.) Hoc est deploratis, Græci uocant το αω κενερωμεν. Celsus libro quarto capite quarto. Quibus si non fuerit æger adiutus, scire licet malo uictum. Idem artem malo uictam dixit libro quinto, capite uigesimosexto sic scribit. Ne si uicta ars malo fuerit, uel ignorasse uel fefellisse se uideatur. Item libro sexto capite decimo octauo. Si medicamenta uincuntur.

b. linea 16

Metasyncritica dicunt.) Hæc sunt proprie medicamenta quæ in morbi refectione adhibentur. Nunc Latini uocant noxios humores euccantia, nunc re corporatitia; prius autem hic magis congruit.

Folio. 162. a 1

Vini primæ notæ.) Hoc est excellentis & generosi.

linea. 10

Porro.) In uno exemplari erat πορρα hoc est marrubium reliqua duo habebant πορρα, quod est porrum.

linea. 18

Manu molliter permulceri debent.) Græce est μαλακωει quod est molliter contrectare manibus, ut Celsus libro tertio cap. 9. Ex aqua frigida cui oleum sit adiectum corpus eius pertractandum est. Idem permulceri utitur eiusdem libri capite uigesimotertio. Vbi inquit, mane experrectus est, corpus eius leuiter ex oleo uetere cum capite, excepto uentre permulceatur. Et libro quarto ca. ultimo: Leuiter unctis manibus corpus permulcere.

linea. 20

Nunc saltu.) Omnia exemplaria habebant, τα μεν αφαλο λωμενος, τα δε παλειων ακτηρωπινα κωρωμενος, hoc est ad uerbum: Partim saltans, partim nauigans anctibus utens, & coryco. Nos autem uertimus. Nunc saltu nunc remigio, παλειων participium sit. Nam & remis agitandis corpus exercetur. Inclinabat autem animus παλειων legere: ut esset: Nunc saltu, nunc autem magis anctibus & coryco utens. Verum magni aliquot uiri hominis, priorẽ lectionẽ probant exemplaribus suffragantibus. Porro quum quotidie disquirerẽ, quid essent ancteres, nec reperirẽ quod huc faceret, Guglielmus Budæus unicũ literarũ decus, humaniter me submonnit pro ancteres hic legendum esse halteres, quod

ANNOTATIONES.

ego statim arripui, ac ita deinde sententiam legere malui.
Nunc saltu, nunc autem magis halteribus uti & coryco. Qui enim apud ueteres saltu cerrabant, ii halteribus urebantur. Sunt autem halteres pilæ plumbæ massulæ ue quibus utraque manu se librabant ut certius assilirent. Martialis.

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti!

Færet melius uinea fossa uiros.

linea. 33

Offa ex polentis.) Hoc est pultricula ex farina ordeacea. Græce est $\mu\alpha'ζα$, quod Hermolaus Barbarus & Theodorus Gaza offam exponunt.

b. linea. 5

Acria sine periculo.) Hæc sententia ita erat acria non sine periculo (exceptis condimentis) ingeruntur, id est acria adimenda sunt exceptis condimentis. atque ita, si placet, lege.

linea. 9

In dulciorum genere.) Hoc est melitomatum, quasi dicas ex melle confectorum.

Folio. 163. a 6

Aesculapii medicamentum.) Latine reddidi quod Græcis dicitur Asclepion.

linea. 25

Aselli.) Hoc est multipedes, qui Græce $\delta'νισκοι$ & $\pi\omicron\lambda\upsilon'πιδες$ appellantur, humectis in locis agentes. Alii malunt, sub hydriis. id est uasis aquariis.

linea. 37

Marinæ arenæ usus.) Hoc est in marina arena saburratio, si quid intelligo.

b. linea 10

Lepra altius circularibusq; erosionibus.) vulgo lepram uocant, quæ doctis est elephantia siue elephantialis, maxime inter se diuersa.

Folio. 164. a 4

Donec tabescât.) Celsi loquutio est. Græce sonat $\epsilon'ως \phi\rho\upsilon\tau\omega$ σ , in eodem fere sensu.

linea. 5

Oleo adiunge ceræ tractæ.) Cera tracta, candida est, auctore Photione, a quo & uerbum $\pi\rho\alpha\kappa\tau\alpha\iota\zeta\epsilon\upsilon$, pro eo quod est perficere ac subigere ut alba fiat cera.

ANNOTATIONES

linea. 14

Lotariæ rubræ. Græce est *καταρσία ερυθρά*, ut sit pluralis numeri. Hermolaus quoque citat ex Paulo, lotarium rubens quasi diminutivum loti. Nisi quis non de loto Aegyptia; sed de syluetri potius accipiat. Est etiam pastillus apud Paulū, dia lotarion uocatus, ad naturalium sedisq; uitia.

b. linea 10

In uetustatem incidentibus.) Celsus sic loquitur, lib. 3. cap. 14. Si uero (inquietus) primis diebus discussus morbus non est, inciditq; in uetustatem &c.

linea. 21

Sulfuris uiui.) Scribonius largus uiui ponit, ubi Celsus igne non experti, Græce est *απυρον*.

linea. 35

Coctam liquatamq; illinito.) Græce est *τακρωθετα σαπ*, hoc est *τακρωσαπ* uel *μαλακωθετα σαπ*.

Folio. 165. a 27

Cineris lixiui stillatitii.) Idem est quod lixiuia. Verum quia *κονια* Græce multa significat, ut certior fieret res cinis lixiuius stillatitius dictus est, non aliter quam si lixiuiam & lixiuum cinerem simpliciter diceremus.

b. linea 5

Parygro.) Hoc est liquido, uocatur ita etiam latinis.

Folio. 166. b 30

Vua cum ouorum aquato. Columella ita loquitur Scribonius Largus, compositione uigesimalertia; Hoc quidem etiam in initiis utuntur cum oui aquato liquore per se. Idem uocat aquasissimum compositione uigesimalifera. Oportet in quiens, eo ad fordida ulcera diluto cum oui albo, id est aquasissimo uti.

Folio. 167. a 12

Stigmata curabis.) Stigmata in uetere medicina dicta sunt, non puncta, sed maculis punctoꝝ quantitate & forma decolorata hominis cutis. Porro latinis etiam in usu est ea dictio. Largus compositione ducentesima & trigesimalprima; Qua stigmata tolluntur.

Ibidem.

Quod matulæ adhærescit.) Hoc est, quod ex urina in matula solet coalescere. Ut enim urina acris exterendis maculis est potentia, ita nimirum & id quod ex urina reliquum matu

ANNOTATIONES

læ adhærescit

b. linea. 7

Græci exanthemata uocant.) Exanthemata pustulæ sunt exiguæ, quales ex urtica uel sudore fiunt, eodem plerunque quo & cutis colore. Et quoniam turgentium ad florem gemmarum in plantis modo tument, ideo exanthemata a Græcis dicta fuerunt, εἰς ἄγρῶν δὲ enim illis signat florescere. Plinius hoc genus aliquando papulas, aliquando pituitæ eruptiones, sæpe etiam popularum eruptiones & exanthemata uocat.

Folio. 168. a 5

Splenio illitas imponitro.) Hoc est ob longo emplastro, lenis modo facto. Plinius. Superimponi oportet splenium e melle decocto.

Linea. 30

Gliscentibus capitis ulceribus.) Hoc est manantibus Græci uocant ἀχῶρας.

Linea. 35

Ambusta igne medicamentis.) Plinius sic uocat, quæ πυρρὸ κούρα Græcis dicuntur.

Folio. 169. a 12

Fici pinguis.) Græci est καρπικὴ, quanquam Latina sit dictio quam Græci uocant ἰχῶ δὲ ficum siccata, nisi quid aliud in uicem huius sit legendum. Porro sicca ficus pingues potius sunt quam recentes. Cel sus lib. quinto ponit ficus siccas piuguisituas.

Linea. 30

Abrasa & superficiem infestantia ulcera.) Recentiores interpretes ἀποσφματᾶ uertunt desquamata. Scribonius Largus abresa, ut in compositione 215. sic scribens. Facit ad tenera, medicocriter læsa, & abresa, quæ ἀποσφματᾶ Græci dicunt.

linea. 35

Olei sesquihemina.) Impressum habet sesquicyathus, tu utriuslibet accipe.

ibidem. 31

Heliotropii magni fructus) Sic fructus pro semine positus est. Græci sæpe confundunt καρπὸν & σπέρμα.

b. Linea. 33

Nostri inflammationes, Græci phlegmonas uocant.) Vbi

ANNOTATIONES

que hic inflammationem interpretor, Græcorum φλεγμονή
 vñ, quam hodie phlegmonem Latine efferunt: φλομών, &
 feruidam inflammationem. atque hoc in uniuersum dico
 tum uelim.

Folio. 171. a 3

Lomenti drachmæ sex.) Fabarum farina est lomentum. Po-
 nitur etiam aliquando, fabarum lomentum.

b. Linea 2

Aqua mulsa, posca, uino & mulsio utendum est.) Mulsio græ-
 cis dicitur melicratos: Mulsium est œnomeli.

Linea. 16

Tenera calami radix.) Hoc est arundinis.

Folio. 172. a 17

Ex humorum decubitu prouenerint.) Græce est ἀπό σκίμμο
 ματος, dicitur & una dictione ἀπό σκίμμα. Nominant sic
 dispositionem, quum qui prius unum membrum infestabat
 humores, eo relicto ad alterum transeunt.

b. linea. 7

Emmoto medicamine.) Hoc est, linamentis carptis excep-
 to. Nam μῦτα ex significat. Scribonius Largus circumlo-
 cutione usus ita fere exponit, compositione ducentesima &
 trigesima septima. Cum opus est inquiring, cochlearia tria
 rosæ cyatho permiscetur, inde linteola carpta contingun-
 tur, atque ita ulceri superponuntur.

Folio. 173. b 20

Stercoris plumbi triens.) Celsus recrementum plumbi uo-
 cat, σκαρίων μόλις βλβ, Largus sterces plumbi, ut composi-
 tione octaua & quadragesima. Ad ulcera in naribus plumbi
 stercus, quod scoriam dicunt.

Linea. 18

Seui caprilli curati.) Græce est περιπρωμύς. Hoc Celsus
 simpliciter exponit, curati: ita scribens libro quinto cap. 19
 περιπρωμύς & Græci appellant, quæ curata uocant, quum
 ex seuo puta, omnes membranulæ diligenter exemptæ sunt.
 Largus similiter adipem curatum dicit, compositione
 ducentesima & uigesima secunda. Quæ præcedente compo-
 sitione significantius & manifestius purgatum adipem suis
 lum posuit. Hac eadem ratione, & cadmiam curatam inue-
 nies dici a Celfo, ut libro sexto, capite sexto, in Collyrio
 Cleonis.

ANNOTATIONES

Folio. 174. a 4

Erysipelas qui sacer ignis latinis dicitur.) Plinius alijsq; ues-
teres, erysipelas uocabant, sacros ignes, Celsus tamen ut di-
uersa genera describit.

b. linea. 30

Myrtei pondo, unguenti quincuncem.) Hic locus ita uide-
tur intelligendus, Olei myrtei pondo, ungueti myrtei quinq;
cuncem.

linea. 36

Ex cruda polenta.) Græce est $\omega^{\mu} \lambda \upsilon^{\sigma} \iota \varsigma$, hoc est farina
ordei sine coctione soluta.

Folio. 175. a 11

Phyma.) Latini scriptores, ut Plinius, & Celsus eadem Græ-
ca dictione utuntur, quemadmodum & phygethlo.

linea. 10

Eubones qui prolapsi.) Græcum est $\pi \rho \sigma \pi \iota \alpha \sigma \mu \alpha \sigma \iota$, magis
placet, collisu, quanquam & superiore modo non indocti
exponunt.

linea. 31

Ulcus in quo id prouenerit.) Hoc est ulceris in quacunq;
corporis parte prouenerit habenda est ratio.

b. linea. 29

Furunculus.) Est ulcus nascens passim in quacunq; parte
corporis. Græcis $\delta \alpha \iota \mu \nu$ uocatur. Non desunt tamen qui phy-
gethlon furunculum exponant.

linea. 34

Triticum commansum & impositum.) Sic lege. Hic enim
peculiaris in furunculo tritici usus est. Sic autem uenit in-
telligendum. Prius dentibus conteras, inde friatum ulceri
inducas.

Folio. 176. b 4

Confestim circumscribuntur.) Græce est $\pi \rho \sigma \tau \eta \rho \alpha \phi \sigma \tau \alpha \nu$.
Est autem circumscribere scalpello, idem quod circum-
secare.

linea. 22

Ad fordium spissitudinem.) Manuscriptum exemplar hæ-
bet $\mu \epsilon \chi \rho \iota \mu \epsilon \lambda \iota \tau \omega \delta \upsilon \sigma \upsilon \sigma \omega \sigma \epsilon \omega \varsigma$, quod est ad mellis cras-
situdinem.

linea. 30

Animene.) Græca dictio est, quemadmodum & emmo-
ta, significans medicamentum solum. Poteris etiam latine

ANNOTATIONES

**si maus legere, ut sit, Cerata cephalica soluta, & in linteo-
lum illita.**

Folio. 178. a 1

Ad carcinode.) Celsus eadem dictione utitur in iis ulcera-
bus quæ cancrum respiciant, libro quinto capite decimo o-
ctavo. Carcinode uero phymata commode his delin-
antur.

linea 26

Atque indolens tumor.) Indolens hoc est nequaquam do-
lens. Sic etiam intelligo capite trigesimo Magna ex parte
indolens.

b. linea 8

Mollissimum ellychnion.) Ellychnion est quod ex papyro,
sparta, cannabe, aut stupa, tortum, in lucernis uritur.

linea. 29

Visceribus oleum tenuius.) Sic uoco oleum quod Græci λέ-
γομεν εὐχρῆστικόν dicunt, alii reddunt tenuium partium.

Folio. 179. a 29

Ibidem diuortiuu expertis.) Hoc est segregatis solu-
tisque.

Folio. 180. b 10

Ex petasone confectum.) Hoc est ex perna quod Græce διά-
πτερες inscribitur.

Folio. 181. a 18

Olei ueteris pondo dua.) Vetusito more dictum dua pro
duo, quomodo Scribonius Largus sæpe loquitur, ut in
compositione quadragesima quinta Spumæ argenteæ pon-
do dua.

Folio. 183. a 34

Mastiche Aegyptiaca & hyssopon.) Omnia exemplaria ha-
bent hyssopon deprauate nimirum, pro ælypum, qui error
in Græcis exemplaribus frequens est.

linea. 35

Dictum aceron.) In septimo hoc medicamentum aceros
à Paulo dicitur, magis autem proprie aceros dicitur, quasi
ceræ expers.

Folio. 184. a 26

Viridia diluta.) Hoc est, cum alio soluta. Forsan remittentia
hoc est, sen a reddita.

AN NOTATIONES

Linea. 27

Pastillusq; nigrouiridis.) Is est, qui melanchloros Græcis dicitur.

Folio. 185. a 24

Hæc & meliterion nomis proficiunt.) Est autem meliteriū diminutivum Meliteræ dicti medicamenti cuius Paulus capite quadragesimo meminit.

Folio. 186. b 26

Resinæ pitynæ.) Hoc est, resinæ e picea, teste Scribonio in compositione ducentesimalprima.

Folio. 188. a 4

Nisi emissarium quoddam.) Græce sonat ὡς ῥρυσί s. **Largus** uocat ὡς ἔχον, compositio ducentesimal sexta.

Linea. 26

Rubra appellata.) Græce dicuntur κίρρα.

Folio. 189. a 15

Radix feruefacta. Magis placet circumrasa, ut habet exemplar manuscriptum.

Linea. 33

Finguntur collyria. Non solum medicamenta oculorum, sed aliarum quoque corporis partium collyria dicuntur.

Celsus de ani fistulis libro septimo, capite quarto sic scribitz
Si intus aliqua procedet, quo ferrum tuto peruenire nō poterit, collyrium demittendum erit.

Folio. 193. b 35

Ceræ unguentariæ.) Hoc est odoratæ, qua unguentariū utuntur.

Linea. 34

Ancylas & ancyloses.) Celsus ita interpretatur, si quinto capite decimo octavo: **Recenti cicatrice contractos articulos,** quas ἄγκυλας Græci nominant. **Largus autem sic: Omnia tensionem & contractionem neruorum & ligationem,** ἄγκυλῶν Græci uocant.

Folio. 194. a 29.

Ex alto in partem deturbatus.) Sic exposui uerbum κατὰ μῆκος, quod est solum superne adhibere.

Folio. 197. a 24

Tum præcipue quum inaniti fuerint.) Græce est ὡς τὸν ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἐπιχρῶν, id est, quum alimento nondum destituti fuerint.

ANNOTATIONES

b. Linea. 22

Cutem linamento penetrabis. Hoc est, linamentis cuti infer-
tis curationem absolues. Nam dicitur *signat linamenta*
insinuare seu inserere.

ARGUMENTVM LIBRI QVARTI.

In hoc quarto totius operis libro affectus explicantur qui non
eris assignari sedibus, sparsim exteriora potissimum corporis
infeasant,

CAPITA LIBRI QVARTI.

I	De elephantia	161
II	De lepra & scabie, quæ pfora dicitur	163
III	De impetiginibus	164
IIII	De pruritu	165
V	De leuca.	ib.
VI	De alho albo & nigro	166
VII	Ad stigmata, ex commentariis Archige- nis	167
VIII	De pituitæ eruptionibus, quæ exanthemata uocantur	ibidem
IX	Ad epinyctidas	ibidem
X	De pustulis quæ græce phlyctænæ dicun- tur	168
XI	Ad ambusta igni	ibidem
XII	Ad eos qui flagris cæsi sunt	ibidem
XIII	Quomodo pili adusti renascantur	169
XIIII	Ad abrasa, quæ apofymata Græci di- cunt	ibidem
XV	De formica & uerruca	ibidem
XVI	De ganglio	ibidem
XVII	De inflammatione	170
XVIII	De exterioribus corporis abscessibus	171
XIX	De gangrana & sphacelo	172
XX	De herpete	173
XXI	De erysipelate, sacrum ignem dicunt	174
XXII	De phymate, bubone, & phygethlo	175